γεγένηϑαι, μήτε τύραννον. ἔχει δὲ παραπλήσια τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ, τὰ μὲν συσσίτια τῶν ἑταιριῶν, τοῖς φιδιτίοις· τὴν δὲ τῶν ἑκατὸν καὶ τεττάρων ἀρχὴν, τοῖς ἐφόροις, πλὴν οὐ χεῖρον. οἱ μὲν γὰρ, ἐκ τῶν τυχόντων εἰσί. ταύτην δ' αἱροῦνται τὴν ἀρχὴν ἀριστίνδην. τοὺς δὲ βασιλεῖς καὶ τὴν γερουσίαν, ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ βασιλεῦσι καὶ γέρουσι. καὶ βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς, μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι γένος, μηδὲ τοῦτο τὸ τυχὸν, εἴτε διαφέρει ἐκ τούτων αἱρετοὺς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν. μεγάλων γὰρ κύριοι καθεστῶτες, ἂν εὐτελεῖς ὦσι, μεγάλα βλάπτουσι, καὶ ἔβλαψαν ἤδη τὴν πόλιν τὴν τῶν Λακεδαιμονίων. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν ἐπιτιμηθέντων ἂν διὰ τὰς παρεκβάσεις, κοινὰ τυγχάνει πάσαις ὄντα ταῖς εἰρημέναις πολιτείαις· τῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ τῆς πολιτείας, τὰ μὲν εἰς δῆμον ἐκκλίνει μᾶλλον, τὰ δ' εἰς ὀλιγαρχίαν. τοῦ μὲν γὰρ, τὸ μὲν προσάγειν, τὸ δὲ μὴ προσάγειν πρὸς τὸν δῆμον, οἱ βασιλεῖς κύριοι μετὰ τῶν γερόντων, ἂν ὁμογνωμονῶσι πάντες· εἰ δὲ μὴ, καὶ τούτων ὁ δῆμος. ἃ δ' ἂν εἰσφέρωσιν οὗτοι, οὐ διακοῦσαι μόνον ἀποδιδόασι τῷ δήμῳ τὰ δόξαντα τοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ κύριοι κρίνειν εἰσὶ· καὶ τῷ βουλομένῳ τοῖς εἰσφερομένοις ἀντειπεῖν ἔξεστιν· ὅπερ ἐν ταῖς ἑτέραις πολιτείαις οὐκ ἔστι. τὸ δὲ τὰς πενταρχίας, κυρίας οὔσας πολλῶν καὶ μεγάλων, ὑφ' αὑτῶν αἱρετὰς εἶναι, καὶ τὴν τῶν ἑκατὸν ταύτας αἱρεῖσθαι τὴν μεγίστην ἀρχήν· ἔτι δὲ ταύτας πλείονα ἄρχειν χρόνον τῶν ἄλλων, (καὶ γὰρ ἐξεληλυθότες ἄρχουσι, καὶ μέλλοντες,) ὀλιγαρχικόν. τὸ δ' ἀμίσθους καὶ μὴ κληρωτὰς, ἀριστοκρατικὸν θετέον, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· καὶ τὸ τὰς δίκας ὑπὸ τῶν ἀρχείων δικάζεσθαι πάσας, καὶ μὴ ἄλλας ὑπ' ἄλλων, καθάπερ ἐν Λακεδαίμονι. παρεκβαίνει δὲ τῆς ἀριστοκρατίας ἡ τάξις τῶν Καρχηδονίων μάλιστα πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν κατά τινα διάνοιαν, ᾗ συνδοκεῖ τοῖς πολλοῖς. οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ καὶ πλουτίνδην οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας. ἀδύνατον γὰρ τὸν ἀποροῦντα καλῶς ἄρχειν καὶ σχολάζειν. εἴπερ οὖν τὸ μὲν αἱρεῖσθαι πλουτίνδην, ὀλιγαρχικὸν, τὸ δὲ κατ' ἀρετὴν ἀριστοκρατικὸν, αὕτη τις ἂν εἴη τάξις τρίτη, καθ' ἥνπερ συντέτακται καὶ τοῖς Καρχηδονίοις τὰ περὶ τὴν πολιτείαν.

A neque tyrannum. Continet autem ſimilia Lacedæmoniorum reipublicæ, comeſſationes quidem ſodalitiorum, Phiditiis: centum autem & quatuor virorum poteſtas, Ephoris: præterquàm quòd non deterior. nam illi ex contingentibus ſunt: hanc autem poteſtatem ſuſcipiunt optimates. Imperator verò & Senatus conueniunt Lacedæmoniorum regibus & ſenibus. melius autem quòd imperatorem non ſe- B cundum genus, neque ex vili & præexcellenti magis eligunt quàm ſecundum virtutem. nam qui magnam habent poteſtatem, ſi ipſi nullius pretij ſint, multum nocent, nocuerúntque iam Lacedæmoniorum ciuitati. Plurima igitur reprehenſorum propter tranſgreſſionem communia ſunt omnibus antedictis. Sed quãtum ad intentionem optimatum attinet & reipublicæ, quædam ad popularem ſtatum magis declinant, quædam ad paucorum C potentiam. Nam referendi quidem ad populum aut non referendi aliqua, imperatores vnà cũ ſenatu domini ſunt, ſi omnes concordent. ſi non concordent, populus ipſorum dominus eſt. quæcunque autem retulerint magiſtratus, de his non approbandi modo illorum ſententias poteſtas permiſſa eſt populo, verum etiam pro arbitrio conſtituendi prouidendíque, & cuiuis cõtradicere relatis illorum licet: quod D non eſt in aliis rebuſpublicis. Quinqueuiratum verò, qui multarum ac magnarum rerum poteſtatem habet, ab illis eligi, & centumuiratum hos eligere, qui eſt maximus magiſtratus, & hos longiori tempore quàm alios imperium retinere. nam & perfuncti magiſtratu imperant, & deſignari ad magiſtratum, ad paucorum potentiam ſpectat. Eſſe autem ſine mercede, & ſine electione quæ ſorte fit, op- E timatium eſt ponendum, & ſiquid aliud tale. Iudicia quoque omnia à cunctis magiſtratibus iudicari, & non ab aliis alia, vt apud Lacedæmonios. Tranſgreditur autem maximè ab optimatibus ad paucorum potentiam inſtitutio Carthaginienſium ſecundum aliquam intelligentiam in eo, quod etiam multi comprobant. non ſolùm enim optimos, verumetiam F ditiſſimos cenſent in magiſtratibus eſſe ponendos: quaſi impoſſibile ſit qui egenus exiſtat, cum benè magiſtratum gerere, aut quietem optare. Si igitur ſumere diuitem, paucorum potentiæ eſt, per virtutem autem, optimatum: iſta quædam fuerit ſpecies tertia, per quam conſtituta eſt apud Carthaginienſes reſpublica.